

*Virtute ac Eruditione Præstantissimo*

V I R O,

DN. PHILIPPO ERN-  
RICO WIDERO AVSTRIACO,

Gymnasij Poëtici RATISPONENSIS

CONRECTORIDIGNISSIMO,

SPONSO,

&

*Ornatissima Matrone,*

MARIÆ SOPHIÆ,

V I R I

*Quondam Præstantissimi atq; doctissimi*

DN. CHRISTOPHORI FOERSTELII,

quartæ Classis prædicti Gymnasij Præceptoris

fidelissimi, relicte viduæ,

SPONSÆ,

*Ipso Hymenæi festo, VII. Septembris, Ratispona celebrato*

*A. O. R. M DC XLVII.*

GRATVLANTVR

*Parents, Fautores, Affinû, Fratres, Patrueles,*

*Collegæ, Amici.*

Typis, Christophori Fischeri.

Widerr. Astriaco  
Gy. (P. F. R. A. S. T. I. A. C. O.)  
C. A. S. T. R. I. A. C. O.  
G. R. A. T. I. A. T. I. O. N. I. S.

MARIA SOPHIA  
U. R. I.  
G. R. A. T. I. A. T. I. O. N. I. S.

DR. CHRISTOPH VORSTELL  
C. A. S. T. R. I. A. C. O.  
G. R. A. T. I. A. T. I. O. N. I. S.



1018375

1018375

G. R. A. T. I. A. T. I. O. N. I. S.  
G. R. A. T. I. A. T. I. O. N. I. S.  
T. Y. P. I. C. H. I. S. T. O. R. I. A. M.

¶ I. ¶



T bona fortunæ, bona corporis, aurea  
fata,  
Fata, simul natis cœlitus aucta pijs.  
Et thalami pacem, tandem bona gaudia  
cœli,  
Vobis sincero pectore, nate, precor.

*Paterni amoris ergò*

CHRISTOPHORUS *Wider.*

¶ II. ¶



Ic Te Diva SALVS regat benigno  
Vultu SPONSÆ, tuas beēt jugales  
Tædas! Cernis enim Tibi MARITAM  
Jam duci, charites cui lepores  
Indulsere, DEVS dedit venustam,  
Formam, cui Ingenium manusq; doctas  
Pallas finxit! & hanc potes figuram  
Odise? ô nimium beate SPONSE!  
Tali SPONSA VIRO locanda SPONSO  
Gaude, qui in tua vota se feret nunc  
Dignus Conjuge TE, Marito at illo

Tu digna, AMBO animi bonis decori, &  
Ambo corporis, & pares amore,  
Sic est! sic decuit! secunda Fata  
Æquabunt pylios dies MARITIS  
Vobis, & facient beata lecti  
Vincla, & gaudia mille funder Autor  
DEVS conjugij, DEVSq; Amoris,

*Vov.*

C. DONAVER.

§ III. §

**S**I Schola conjugium est, si Ecclesia parva Widere,  
Quis te Conjugio posse carere putet?  
Sed Schola Conjugium sed & est Ecclesia, cujus  
Conrector, membrum es, sic moderante DEO.  
Sit Schola conjugium, sit & hoc Ecclesia felix  
Comprecor, inq; DEO mens sit & una fides.  
Sana valetudo, mens sana est optima rerum:  
Corporis illa anima est: hæc animæ est anima.  
Communis ceu terra parens est omnibus una:  
Unus sic Pater est omnibus ipse DEVS  
Cur non una fides, & amor vos copulet unus?  
Nam parens nobis terra, Pater DEVS est  
Omnia vincit amor: sic vos met amore vicissim  
Vincite: fit nomen tunc utriusq; ratum.

*Εὐφροσύνας ἐβραεα σκρῖσι*

ELIAS EHINGER.

IV. Faxit

**E** Thalamo in tumulum pridem FÖRSTELIVS ivit,  
 Quando cruentatas fuderat æger aquas.  
 A tumulo in thalamos alios FÖRSTELIA tendit,  
 WIDERÖ socios exhibitura lares.  
 Hæc si FÖRSTELI persenserit umbra sepulci,  
 Forsitan huc Manes jusserit ire suos,  
 Et tale acclamare melos : mihi *g*audia Cœli  
 Parta ; Soli vobis *g*audia longa precor.

*Votivâ manu*

f.

JOHANN. ALBERTUS  
 Portner.

**H**æc Axiæ Cœlipotens, VESTRVM qui junxit amorem,  
 Ut talis nunquam commoriatur amor !  
 Aurea Pax VESTRVM longè conserveat amorem  
 Semper idem nolens, adsit idemq; volens.  
 Una sit ambobus Mens, Cor, ac vita Voluntas,  
 Una Caro duo sint : insit & unus Amor,  
 Cùm bene concordant læta in testudine chordæ,  
 Grator est toto Musica nulla choro.  
 Vivite Concordes, animos bene jungite SPONSI,  
 Væstra regat doctus Corda Magister Amor ;  
 Nulla erit in toto resonet quæ gratius Orbe  
 Musica, Conjugio quàm sociata fides.

Vivite Concordes, Sobolem numerate beatam,  
Quæ superet veteres mente manūq; Patres.  
Vivite longævi numerateq; Nestoris annos  
Longaq; Cornutæ vivite fata feræ.  
Unum quod restat, votum do, vota supersunt:  
Sint procul à cædis cædia cuncta novis

### Sonnet.

**W**ilt Ihr Herr Schwager auch Herr Wider scho freyen  
Zu dieser bösen Zeit? vnd in den Ehestande  
Begeben euch jezundt/ da vnser Vatterlandt  
Fast liechter lohe brennt/ mit tanzen einen Reichen?  
Solt Ich mich den on heut mit Euch auch thun erfrewt  
Weil Ihr gebunden seyt durch Priesterliche Hand?  
Ach warumb wolt ich nit/denn diß der herrlich Standt  
Von Gott selbst eingesezt / der einzig kan befreyen.  
All die gefangen seyn / drum seyt Ihr nunmehr frey/  
Gott gebe sein Genad das alles wol gedy.  
Den ruffe Ich auch an/das Er mit seinen Gezen  
Ben Euch sich finden woll' vnd auch bey Ewer Braut/  
Die Euch an heute ist/durch Priesters Hand veritrawt/  
Euch trewlich stehen bey/ hier vnd dort Ewer pflegen.

Diß wunsche von Herzen Ewer ge-  
trewer Schwager

MATTHÆUS Schmoll Evan-  
gelischer Prediger.

VI. Nil

¶ VI. ¶

*Nil conjugè dulcius aptà !*

**D**ulce, per æstatem gelidum confidere ad *amnem*;  
 Dulce, audire *Sonum*, quem cava vallis habet;  
 Dulce, videre novo rutilantia gramine *Prata*;  
 Dulceq; , *melle* suos exspoliare favos;  
 Dulce, tepescentis Zephyri sentire *favorem*;  
 Dulce, manu grãtas carpere utrãq; *rosas*.  
 Dulcius est, Castæ latera aurea cingere Sponsæ,  
*Amne, sono, pratis, melle, favore, rosis.*

Ἐπεὶ ἄρα.

D V M Veneris CVras arles sibi IVngIt honestas,  
 qVIs sponso haVt VoVeat fata beata bono?

*Dno. Patrueli & Collegæ suo carissimo ἐὼφρμίας*  
*ἔπειτα ἔγραψε*

M. JOH. CHRISTOPH. WIDER Rector.

¶ VII. ¶

*Epithalamium.*

**H**Xigis officium scribendi carmina nostrum?  
 Id Musâ facili sponde daturus eram;  
 Ne Tibi tot voces inter tacuisse viderer,  
 Læta tui pandunt quæ nova festa tori.  
 Sed quid agam invitâ? dicant qui carmine præstant,  
 Et quibus est tritum nectere verba modis.  
 Te, Cognate, Tuis condignum laudibus ornent,  
 Laude etenim parvâ major es, Ipse, meâ.

Quod

Quod petis, exhibeo, reliquis mea votaꝫ; jungo  
Votis, ex animo tota profecta meo;  
Sis felix, Cognate, tori Duce & auspice Christo,  
Cumq; tuâ incolumis Conjuge Vive diu.  
Vivite Concordes, mens uno in corpore vobis  
Una fiet, tahalamum gratia dia beet.  
Vivite tandem animâ defuncti, vivite in æyum,  
Partaq; sint vobis gaudia certa poli.

*testandi amoris ergò misit hoc*

M. JOHAN-LUDOVICUS WIDER/ h. c.  
Ecclesiæ Vischbacensis Pastor.

AS VIII. S

**N**on tot pinnati perreptant flumina pisces,  
Non tot pennati volucres tenuem aëra tranant,  
Non tot sylva feras, tot apes non parturit Hybla,  
Non tot Parthus habet gravidis mala tela pharetris,  
Non tot grandifono turgescunt æquora fluctu,  
Non tot ferta gerit spicis flaventibus æstas,  
Non tot vere novo vestitur frondibus arbor,  
Non tot nocte micant, ubi sudum est, sidera, cœlum;  
Quot thalamo vestro mea Musa medullitūs oprat.

*gratulationis ergò scribebat. Dn. Patrueli  
dilectissimo*

M. JOH. JACOBUS WIDER/ Scholæ ad Spir.  
S. Noribergensis ConRector.

IX. Vellem



§ IX. §

**V**ellem, si possem, vestris me sistere tædis,  
 Sed negat officium, nec benè tuta via.  
 Quid faciam? Paucos mittam pro tempore versus,  
 Qui sint officij prævia signa mei:  
 Ille Deus, qui vos felici stamine junxit,  
 Disjungat serò vos, precor, ille DEVS!

*gratulabundus Dn. Patruelisus exoptatissimo misit*

M. ZACHARIAS WIDER Ecclesie  
 Weissenburgensis Diaconus.




§ X. §

**C**onjugio vestro Florete, Vigete, Valete,  
 In sanctâ causâ sunt tria verba satù.

*totivâ manu apposuit carissimo Dn.  
 Patrueli*

M. THEODOSIVS WIDER.



§ XI. §

WIDERUS CONRECTOR,  
 MARIA SOPHIA,

*нашъ адыяан.*

*Vidua vicit cor per amores, sanor.*

**Q**uæ subito tandem mutat sententia mentem,  
 Sponse? quid ad licitos te jubet ire thoros?

B

Siccine



Siccine nemo unquam Veneris te tractet ad usus ?

Siccine jam voti tertia celsit hiems ?

Scilicet ; ast superum, dices, quis velle recuset,

Quis non à charo pectore ductus eat ?

*Cor vidua immotum per gratos vicit amores,*

*Vicit, & ad thalamos me cupit ire suos.*

En sequor, & *Sator*, tantum est succumbere victis !

Tanta in amore omnis præmia victus habet.

Hæc capias, vinci nec casto in amore recuses,

fert sua perpetuò fœnora castus amor.


Fœnora tunc capies, cœlum si fecerit olim,

**ARIETE** cum læto lætior agnus eat.

*Hæc gratulabundus faciebat*

HIERONIMVS RADIUS Ratisb.

Gymn. patr. Coll.



§ XII. §

O

Metamorphosis ! SOPHIAM complexus es annis

Primis, quam tribuit Gratia larga DEI ?

Mirum ! nunc SOPHIAM cupidus amplecteris ulnis,

Atq; foves thalamo, docte WIDERE tuo ?

O felix ARIES, quem donis IOVA beavit,

Cui SOPHIA hæc constans ad latus ipsa sedet !

Si quâ sede sedet SOPHIA, & SAPIENTIA DIVA,

Illâ sede sedet GRATIA larga DEI.

Ludas cum SOPHIA, SOPHIA, Conrector amande,

Et gemines gentem sospice prole tuam.

Sis

Sis felix ARIES, felix tua tota propago,  
SIT CONIVX felix, prole SOPHIA ferax,

*fausta congratulationis  
ergò f.*

JOH. HOFMANNUS.

§ XIII. §

**S**ic est, ex Fati tacitis Hanc ignibus ambis,  
Quæ venit in thalamum, mi Neonymphe tuum.  
Qui favet adplaudit; sincero & corde precatur;  
Maeste sies tædis, ô Hymenæe, novis!  
Gratulor ecce Tuis tædis, Præclare WIDERE,  
Comprecor, & Sociæ, gaudia mille Tuæ.  
Floreat ut laurus Tua casta, pudica MARIA,  
Et TIBI, quos laudet turba SOPHIA, ferat.  
Longius expectent V o s cæli sydera, Christus  
Conjugij Fautor, si volet, addat Amen.

*Honoris E. amico & Fautori suo apposuit*

CHRISTIANUS FRANK

*Alumnorum Inst.*

§ XIV. §

Hochzeitlicher Glückwunsch.

I.

**L**

Zeber Bruder/ weil ich bleibe  
Nie in meinem Dienst vnd Stand:  
Wünsch Ich dir gesunden Leibe  
Gottes Segen reiche Hand!

B 2

Gottes

Gottes lieben reichen Segen;  
Der woll dich häufig belegen.


2.

Wolte Gott daß Ich mit andern  
Gästen künfte lustig seyn/  
Wolte Gott / daß ich dörfte wandern  
Dahin/wo zwey werden ein/  
Wolten wir gar frölich leben/  
Vnd was frölich wer anheben.

3.

Aber so muß Ich von ferne  
Bruder/ bleiben weit von dir/  
Ob ichs zwar veräum vngerne/  
So behalt doch diß von mir;  
Daß Ich dir gesunden Leibe  
Wünsch/ biß mich der Tod auffreibe.  
Aus brüderlicher affection ober  
schickt Von

Johann Georg Wider/ Freyherr: Zinzen-  
dorffischen Pfleger zu Freyenstem.



§ XV. §

Quicquid in hoc toto potis est contendier orbe  
Votis, hocce precor S P O N S E Tibiq; Tuæ.

*Germani affectus ergo*

ABRAHAMVS Wider LL  
Studiofus.

XVI Or-

**O** Rnârunt votis fratres oculissime frater,  
 Gratiferis tædas dulcisonisq; tuas.  
 Ast ego quid faciam? taceamné? an carmina ijsdem  
 Addam nunc precibus carmina cuncta pijs.  
 Non faciam: verùm quid ego preter? omnia amici  
 Cum optârint quæ contingere fausta queunt  
 Hoc tantùm, Germane, volo superaddere votis,  
 Vota ut cuncta simul compleat ipse Deus.

*Fraterni amoris - Iuxta illud*

MATTHIÆ WIDERI LL. Studiosi.

**O** Nimium felix, cui blandula contigit Uxor,  
 Quæ floret castæ laude pudicitiaë,  
 Quæ precibus JOVAM colit, obsequioq; maritum,  
 Quæq; suæ Domina est officiosa domus.  
 Gemmis hæc cunctis præstat: merito omnibus illam  
 Præfert, cum recta qui ratione sapit,  
 Nam quid Conjugium, nôrunt, qui Conjugis usum,  
 Atq; jugum, contra hîc, sustinuere, suum.  
 Sæpe fit hoc durum, si non benè ludit uterq;  
 Si venit in thalamum, torva Leæna, Viri.  
 Sed tibi lusus erit dulcis, Clarissime Sponse,  
 Et tibi jucundus Conjugis usus erit.  
 Certè crede, DEUS fautor, DEUS autor amoris  
 His aderit cœptis, non remorante pede.

I modo felici sub sidere , Sponse , vocatâ  
Cum Sponsâ Sacri limen adito thori,  
Hanc tibi præ reliquis, Sponsam sic fata dederunt,  
Electa è multis, contigit illa tibi.  
Quæ pia, quæ placidis, est prædita moribus, atq̃;  
Rebus in adversis portus & aura Viri.  
Iccireò. gratòr de Sponsâ Candide Sponse,  
Sponsa ferat Sponso, gaudia grata suo;  
Floreat ut vestrum sæcundo germine semen,  
Mensq̃; sit in sano corpore sana diu.

*E sterili mæstâq̃; venâ*

JOHANNIS LEHNERI  
Med. Stud.

§ XVIII. §

Nachöhnung Herrn Spitzen Bacchus  
Liedleins.

I.

**D**u empfindest fast ein graven  
Der Herz Bräutigam allhier  
So studieret für vnd für  
Vnd sich mir wollen ombschauert  
Nach den frischen liebes quellen  
Seine Füße nicht lan gehn  
Da die schönen Nymphen stehn  
Welchen man pflegt nach zustellen.

2. Zeht

2.

Jest kan er durch sein studieren  
Kuhig ganz ohn vngemach  
Von dem grossen Liebes Bach  
Seine Nympf vnd Braut heimführen  
Wird auch heut noch innen werden/  
Wo Cupido Pfeil lenck hin  
Aller Menschen muth vnd sinne  
Nicht allein zu seyn auff Erden.

3.

Nichts acht Er jest der Melonen/  
Nach dem Zucker fragt er nicht/  
Vnsern Bräut' gam nichts gebricht/  
Aller sorgen kan er schonen.  
Er hat nun vor allen Schätzen  
Seine Liebste/ die er pflegt  
Die er an dieseiten legt  
Mit ihr kan er sich ergehen.

4.

Ob schon früh vnd spates wachen  
Ein gar sehr beschwerlich ding  
Ists Herz Bräut' gam doch gering  
Thut nur solchen wohn außlachen:  
Was dieß' wach für frewd anrichte/  
Darff kein Mensch jest fragen viel  
Wann es finster ist vnd still;  
Muß auch schweigen mein Gedichte.

5. Nun!

Nun! seyt lustig Hochzeit Gäste  
Nembe ein vollgeschencktes Glas  
Laß euch nichts gefallen daß  
Als daß jeder thue das beste.  
Bey den Nymphen Gunst erwerben *Omne trium  
perfectum.*  
Mit den senten lustig seyn  
Trincken kuelles Bier vnd Wein  
Laß ich nicht bey mir erßerben.

Amicus Fecit.

F I N I S.

